

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: Thesis 12.

Citation: Worm, Jacob: "Thesis 12.", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 236. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732455808/facsimile.pdf> (tilgået 21. september 2021)

Anvendt udgave: . - [1968]

Thesis 12.

180 Injuria est idolum horrendum ac tyrannidi affine, cum
 princeps incitamentis adulatorum, formam regimimis mu-
 183 taturus, convocatos regni ordines, portis clausis, morte,
 gladiò, igne, honorum confiscatione cogit, adigit, et com-
 pellit, jure suo cedere, ut antiquis regni privilegiis, im-
 186 munitatibus ac libertatis insignibus exuantur, spoliuntur, ac
 priventur. Quibus rebus fit, ut nobiles ac regni ordines,
 adempta per coactionem libertate, etiam, interpositis vel
 mille juramentis, regi suo Israëlìs nunquam post hac bene
 189 velint, nec candidè et sincere cupiant.

Thesis 13.

Colitur aliud, immane injuriæ idolum, cum servi, vasalli aut
 192 clientes alicujus proprietarii ac Domini, tot tributa, census,
 ac vectigalia solverint, ut depaupertati et omnibus bonis ex-
 uti panem mendicando quærere cogantur, nullis interim
 195 redditibus ad verum Dominum promanantibus, fundò, in-
 super devastatò: ipse interim Dominus plena Jeroboami
 tributa et vectigalia pendere teneatur, quã tyrannide im-
 198 manior excogitari nequit ulla. Nimis autem his exactionibus
 et pressuris quibus nobiles, ignobiles, divites, si qui sint, et
 pauperes pastorum et sacrorum munerum antistites, ut
 201 et politicorum promiscuè absque ullò discrimine, sic hãc
 sive ratione, sive excusatione, quod omnium tutela ac de-
 fensio agitur, obnoxii involvuntur, omnem sui amorem in
 204 animis subjectorum exstingvit, everrit et exstirpat, [Jero-
 boanus,] cum malit metui quam amari, injectò insuper ori
 165 ac [labiis] subjectorum Soverainitatis capi-/strò, lozis,
 207 franis, atque habenis, ut nè contra illicitum ac Deo ini-
 micum imperandi modum, [hiscere,] nec eloqui, nec fari
 aut agere præsumant. Sed conscientis, gemitibus, precibus,
 210 ac suspiriis dominari nequit, [quocirca subjecti non ex